

Oratio in schola Vieticonensi habita die octavo mensis Novembri

Mihi, Udalrico Friburgensi, o Quirites, est propositum non modo vos salutare, sed etiam vobis omnibus gratulari, quod tantis laboribus superatis perfecistis interpretationem illustrem historiae illius, qua narratur, quomodo Sancti Felix et Regula morte obierint a crudelissimo persecutore paratum. Valde gaudeo mihi licere me hoc loco loqui.

Spero autem verba mea rustica exsiliaque gloriae vestrae apta esse.

Sed ne longe faciam pauca verba dico de opera ipsa, quam perfecistis. Estis enim omnes maxima laude dignae sive digni. Nam dedicavistis necessarium ad recreandos animos otium novis officiis, ut foveteris studiis Latinis.

Praebuistis documentum eximiae virtutis et studii magni. Quod laudo, praedico, in caelum extollo. Sed vos non video esse sanctos martyros, qui palmam victoriae sint adepti crudelitatem imperatoris perpessi, sed discipulas discipulosque a magistris benignis et studiosis magna cum pietate adiutos.

Quae cum ita sint, non solum laudem discipulas, discipulosque sed etiam magistros, omnes, qui adiuverunt, qui operam dederunt, ne linguae Latinae laus conticescat.